



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 491. Felicis Pap. Annus 9. Zenonis Imp. 18. Odoacr.
Reg. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

neni, & alijs: satis posse intelligi viderur, iam editum librum esse, ipso (vt dictum est) exordio eiusdem Anastasij Imperatoris.

XL VII.

Rursum vetò quòd pertinet ad libros à diuersis aucto-ribus scriptos ad Gelasium Romanum Pontificem mis- sos, non Occidentales tantum id præstitisse ne scuntur, sed etiam Orientales. Photius enim in Bibliotheca meminit de Ioanne Orthodoxo Episcopo Alexandino, scriptam ab eo Apologiam, quã damnauit Pelagianos, eorumque primos auctores atque patronos Pelagium, Cælestium, & Iulianum, & se ipsum ostendit Catholicis in omnibus cõ- sentire dogmatibus, hæreticorumq; omnium sententijs penitus aduersari. Vides igitur in vniuersa Ecclesia Catholica Romanum Pontificem præsidere solitum arbitram scripturarum, & quidem non presentium tantum, sed etiam præteritorum auctorum: vt ea esse probata vel impro- bata omnes sciant, quæ ipsa Romana Ecclesia recipere, vel rejiceret, cuius censura in Romano Concilio à Gela- sio Papa post alios edita reperitur, vt potè quòd & scientiæ clauem apud eam esse, maiores omnes Orthodoxi absque controuersia aliqua intellexerint, atq; opere professi sint. Sed de his modò hætenus.

XL VIII.

Quòd verò ad res pertinet Orientalis Ecclesiæ, hoc anno sedis Alexandinæ inuasor nefandus cognomento Petrus Mogus moritur, cum sedisset (numerando à tempore obitus Timothei Orthodoxi) annos tredecim, quibus instatere bestia depulsus est vineam Domini: adeò vt Ecclesia nobilissima, quæ primum post Romanam locum obtinuit, à Catholica & Apostolica communicatione di- uisa, seu palmis è vite præcisus planguerit penitus & aruerit, vixque post plurimos annos reuiuiscere, reddita pace, valuerit. Ad hunc vsque annum peruenisse Mogus, er- rareque eos, qui dixerunt antehac morte præceptum, ex eo perspicue declaratur, quòd vixit aliquo tempore sedis Euphemij, cum, reße Euagrio, ambò inter se conficta- rent, altero aduersus alterum cogente Synodos. Subtra- cto itaque de luce hac impio, & demerso cum impijs in tenebras exteriores, in locum eius ab hæreticis hæreticus pariter est subrogatus Athanasius sede illa ac nomine profusus indignus. fuit hoc cognomento Hermiosus, Palladio aequè hæretico communicatione coniunctus: de eo Euagrius, Nicephorus, Liberatus Diaconus, Leontius Scholasticus, & alij historici veteres meminerunt, & licet res ab eo gestæ vt potè filij tenebrarum obscuræ eman- sepiunt. hoc tantum de illo Leontius habet, quòd cum Petrum Mogum reciperet, cum ipso non communicabant Acceptali.

XL IX.

Sub huius quoque anni Consulibus (inquit Marcellinus in Chronico) Zeno Imperator, in insula, quæ Paganorum dicitur, Pelagij gulam laqueo franci præcepit. hæc ipse. At non ita leuiter magni pondus factum prætereat, sed accuratius per- tractemus: Ille siquidem Pelagius (quod superius dixi- mus) summâ animi altitudine & quæ constantiâ solus eg- gressus est agere, quod nec reliqui omnes Comites Imperatoris, vel ipsi Constantinopolitanæ sedis Episcopi ausi sunt pertentare; nempe monere impurissimum atque sæ- uissimum Principem, vt à nefandis perpetandis iceleri- bus desisteret, cuius restansâ mortem illam sibi nobilem comparauit, omni vitâ maiorem: vt potè magnum Bap- tistam imitatus, Principem arguendo, atque cum eo accepit pro mercede à diro tyranno supplicium, imò coronam, quæ ipsius terræ cæloq; reddidit gloriosum. Rem gestam breuiter à Cedreno narratam accipe:

L.

Interfecit etiam (inquit) Zeno Imp. Pelagium Patricium, virum præclarum, & carminum scriptore insignem; quod si pro sua prudentiâ & iustitia libertatem discendi sibi sumens Zenonis ne- sanda facinora palam inessebat. Mortuus autem, manibus ad- calum creatus, Deum omnium gubernatorem se esse precatus: O iu- stissime Deus, mihi quidem iniustissime mors infertur, propterea quòd libero ore Zenonis multa facinora violenta reprepsi, & quòd fatuum eius fratrem nolui Casarem designari. Tu aut m Domine omnipotens, qui iustitia rationem habes, quamprimùm eorum scelerata homicidia punio. Extrat historia ab eo scripta versibus ab Augusto Casaræ xorsâ. Homerocentra etiam composuit, & alia

quamplurima laude digna. Zeno autem Zosimum præterea inter- fecit Rhetorem & Gazam, & Arcadium Præfatum, aliosq; illu- stres viros: hæc Cedrenus.

Potè innocentissimi Pelagij preces implorantis à Deo iustissimam aduersus scelestissimum Imperatorem vindictam quam eritissimè exaudire sunt (neq; enim elapsus est a ius, cum Zeno terribilem à Deo irato vltionem excepit: quomodò autem id accidit, anno sequenti dicam sumus. Sic namque sæpe sæpius accidisse vidimus, vt cum Deus ob populi peccantis delicta sinat sanctissimos regnare interdum tyrannos, qui scelestos penis addicant, potissi- mum verò potentes, qui impune hætenus deliquissent: cum verò iidem Principes & innoxium sanguinem effunde- dere non sunt veriti, clamante illo sicut sanguine Abel ad Dominum, mox & ipsi Deum vindicem experti sint, ac iure quidem: Nam cum omnis potestas à Domino Deo sit, tamen non nisi ad vindictam malorum (vt ait Petrus) laudem verò bonorum eiusdem Principibus à Deo gladius impertitus est: quem cum inique in innocentes conuer- tunt, ab eis à Deo, qui dedit, aufertur, sitque secum in im- precationem Propheticam: Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. regni namq; summi & vi- tæ dispensia misericordie patiuntur: sicut & Zeno diu tole- ratus à Deo, licet impurus, licet hæreticus, licet auarus & iniquus, expertus est: cum enim in Pelagium virum inno- xium atq; timentem Deum gladium euerterit, in se ipsum & cælo vindictam eduxit.

Cum autem innocentis Pelagij Patricij obitus auditus esset, præter ea, quæ Zeno in Catholica Ecclesia in dies magis magisque peccare, & magnus bonorum auctus est rector. Sed quæ tum Leontius monachus, qui diuinas li- teras profitebatur, dixerit, accipe à Suida, vbi de ipso agit his verbis: Leontius monachus sub Zenone, cum occulta Scri- ptura loca prophetica gratis declararet, multos studiosos habuit as- sectas. Cum verò quidam Imperatoris portenta contra Ecclesiam moleste ferrent: Non (inquit) miranda sunt ea, quæ sunt ab homine ad Imperium ab hominibus adfecto, cum Saul diuino iussu regio Rex designatus Abimelech sanctissimum sacerdotem & eius fi- lios in domo Domini gladio consecraret. Alij autem dubitantibus, & ingenium eius è mansueti factum saltem esse opinantibus, quid initio Imperij quædam pollicitus esset, quæ ad bonum tendent: Non mutauit (inquit) naturam, sed in rebus secundis in præteritam declarauit, longo tempore illi Exconsulis metu dissemulatum. Idem Leontius cum quidam Clementis Stromathis librum lege- ret, & ad locum peruenisset, quo ille viros deridet, qui faciem me- retricio more pingunt & capillos tingunt, dixisset, Leontius: Non quisquam est præter Imperatorem, qui capillos tingat, aut faciem faciem: Monachus alius subiicit: Nos vniuersi de homine dubitamus, num in illo modo sustineret ornatum mutare naturam: nec tamen hoc sapere putauimus Imperatorem. Perargute sane deriserunt monachi eos, qui naturam virilem transformare in muliebrem student. hætenus Suidas de Leontij viri doctissimi salibus in Zenonis putoribus accommodatis.

Hoc eodem anno sub notarij Consulibus, ad Duram fluminum (inquit Cassiodorus). Odoacrem Regem dominum noster Theodoricus tertio certamine superauit: qui Rauennam fugiens, obide- tur inclusus. hæc ipse: sed Marcellinus sub anni superioris Consulatu hæc refert. At præterea fide Cassiodorus, vt in eo, qui res ante oculos positas scripsit, cuius auctoritate etiam liquet triennium interlapsum, vsquequo Odo- cre occiso, Theodoricus absque alicuius obice tora est potitus Kalis. Id ipsum Jordanus & atque Procopius tradunt.

IESV CHRISTI ANNUS 491.

FELICIS PAP. ZENONIS IMP. 18. ANNUS 9. ODOACR. REG. 16.

QVI sequitur annus Domini quadringentesimus nonagesimus primus, vnius tantummodo Olybrij Consul- nota inferitur Fastis. Extrat ad Olybrium Ennodij

ARBITER
CRIP
PTORVM
OMNIVM
ROMA
NVS
PONT.

PETRVS
MOGVS
MORI
TVR, A
THANA
SIVS SVB
ROGA
TVR.

FRAGV
PATRICI
VS OCCI
DITVS A
ZENONE.

PELAGI
IVSTVS
AD
DIVM
PRACES.

LI.

LII.

LIII.

LIV.

carum, & plures familiares epistolas, ex quibus præter auitam eius insignem nobilitatem, doctum ipsum fuisse atque pium cognoscet. Cuius Consulari (vt Castiodorus atque Marcellinus tradunt, & alij omnes absque contro- uersia vlla consentiunt) Zeno Imperator finem viuendi fecit. Mortuum tradunt hoc anno, sed quo mense & die, ab antiquis non proditur, à recentiore suo arbitrio ponitur octauo Idus April. Sed quo mortis genere, accipe de patendo Dei iudicio quid dicant historici, atque primum Euagrius: Cum autem Zeno absq[ue] liberis decem septimo regni sui anno confecto esset, comitiali morbo exiitum est, &c. At audi- di Cedrenum: Fertur (inquit) fama, Zenoni à quadam di- uina potestate fuisse caput abscissum, vt eare conspectum homi- num fugeret, sola, cute caput cum ceruice coniungeretur. sed haud eert recepta sparsa vulgo sententia. Verum illud magis certum, ipsum quidem morbo comitiali arreptum, adeo vt videretur mortuus, viuentem verò fuisse sepul- tum: nam idem subdit: Itaq[ue] vxorem & cubicularios propria saluti consulentes, mortuum in asse iacentem reliquiss[et] deluculo tandem quandam eum nulla necessitudine attingentem sindonem cadaveri iniecit. Satellites porò, qui ad sepulchrum, in quo repo- situs fuit, custodiendum erant collocati, retulerunt, se per duas no- dies lamentabilem vocem audivisse ex sepulchro elatam: Misere- mini & aperite mihi. Cum illi dicerent, adhuc iam imperare: Nihil, inquit, curò in monasterium me adducite. Sed cum non a- perirent, serant aliquantò post monumentum fuisse reclusum, in- uentumq[ue] in eo Zenonem, qui præ fame suus ipse lacertos man- dederat, & caligas, quas gestabat. Quia crebro comiciali codi preba- tor morbo, quo ipso adhuc viuente Ariadna Zenonem amabat, ead- em mandauerat custodij regi sepulchri ne aperirent, hæc Ce- drenus.

II. Zonaras autem alias causas, vt viuis sepeliretur, enar- rat his verbis: Tradunt enim quidam, eum gula & ebrietati in- dulgentem errore mentis affici solitum, & prolapsum à mortuo nihil desistisse. Cum verò ipsi etiam coniugi Ariadna misus esset, sic inebriatum, pro mortuo in monumento Imperatorum ab illa conuictum, lapide maximo, qui pro operculo esset, impositio: factam- que sorsum, vociferatum quidem esse lamentabiliter, sed neminem curante, misere perisse. Alij dicunt, cum agrotus acerbum in do- loribus vrgeretur, pro mortuo habitum, & in sepulchro positum, ibi- que exspirasse, lamentantem, & domesticos implorantem, cum Ariadna prohiberet, ne quis monumentum aperiret, aut quicquam illum curaret, hæc Zonaras. Verum Euagrius adferens eum, comiciali morbo exiitum, haud his repugnat: mortuus enim creditus, & vt mortuus sepultus est.

III. Hunc tandem Zeno consecutus est finem, postquam annos septemdecim & menses quinque (vt habet Marcellinus) imperasset, digno vitæ impij atq[ue] probrosæ exitu confumatus, & horrenda morte præceptus, vt viuens inter mortuos deputatus sit, qui mortuus inter viuentes, impius inter pios voluit adnumerari, fallens per simula- tionem Ecclesiæ Catholicæ iudicium, sed Deum minime decipere potuit, cuius licet seram, diram tamen vindictam expertus est: vt ei acciderit, secundum quod de impijs Iob S. vaticinatus ait: Inuoluta sunt semita gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt. Considerate semitas Thama & iti- nera Saba, & exspectate paulisper. Confisi sunt, &c.

IV. Inuolutas planè fuisse semitas Zenonis gressuum, quæ singulis annis de ipso sunt narrata, de clatant: Inuolutas di- xerunt, cum ad tempus faciem præferret Catholicis Prin- cipis, cum pellens hæreticum tyrannum Basiliscum fludet apparere Catholicis, eum & leges pro fide Catholica san- xit, hæreticos expulit, Orthodoxos in Ecclesiis restituit, rerum verò potatus, in totoque Imperio collocato, rur- sum hæreticos, pulsos Catholicis, reuocauit. Vt planè tali exemplo apparerent, maximè in fidam esse fidem regna- tis hæretici hominis, non ad pietatem, sed ad regni stabili- tatem cuncta volentis, ac suscipi misericentis. Toleratus est ipse diu à Felice Rom. Pontifice, quod se esse negaret hæreticum: communicationem verò cum hæreticis ex A- cacij consilio, præmissa fidei Catholice confessione, se in- iuste professus est: sic planè studeus occultate quod erat, exhibens se Catholicum, cum non esset.

V. Verum inuoluta ista fictionum, quibus serpentes in-

tus latentes obtegebantur, post aliquot annos Hormilda Papà, Apostolica vltus auctoritate, palam fieri, ob oculos- que omnium exponenda curauit, cum Iustinum Impera- torem adegit, vt Zenonis nomen tanquam hæretici ex Al- bo Catholicorum Imperatorum expungeret. Quomodo autem res tanta fuerit peracta, suo loco dicemus. Non enim mortuus damnatus est, sed qualis re verà viuens fue- rit, perfectius agnitus, cum defunctum absque penitentia hæreticum Pontifex iudicauit alienum à consortio com- municationis Catholice, quâ solet præscrips ritibus Ec- clesiæ communicare cum mortuis.

Mortuo Zenone (inquit Euagrius) Longinus eius frater ma- gnæ adeptus potentiam, tamesi spem animo concepit se Imperio potiturum; tamen ea, quæ expectabat, minime est consecutus: nam Ariadna Anastasio, qui nondum ad Senatorum ordinem ascende- rat, sed solum in schola Silentiariorum (sic enim dicitur) adscri- ptus erat, coronam imposuit imperatoriam, & paulò post: Iste Anastasius patriam habuit Epidaurum, quæ iam Dyrrachi nunc- cupatur. Esprimium Longinum fratrem Zenonis, officio fungentem Magistrum, quem vetustiores Præfecturam ordinem Aulicorum vo- cabant, mittit in patriam, multisq[ue] alijs postea illarum idem postu- lantibus, ad suos reuertendi concessit potestatem. Hæc Euagrius. Res adeo inopinata suspicionem haud leuem concitauit, promotum fuisse ab Ariadna Augusta dignitatis fastigium ob turpem amorum commixtionem. Quod si autem fuerit Silentiarij munus, ex quo Anastasius in Imperium, & c- ctus est, Procopius sic breuiter docet: Qui (inquit) in Palatio Imperatoris militans, ea, quæ sunt quæstis, curaret, Silentiarj sunt appellati.

Sic igitur conatu Ariadnæ Imperatricis Anastasius Im- perator creatus, primum omnium Euphemium Episcopum Constantinopolitanum aduersarium sensit, quippe qui eum coronari non consentit, nisi prius emissa Catholice fidei professione: at enim eum non rectè sentire de fide Orthodoxa, vehemens suspicio erat. At quid illi: Vt re- gnaret, statim absque obice interiecit, rectè fidei confes- sionem Euphemio obtulit. Hæc quidem in primis docet Theodorus Lector, cum ait: Et restitit Euphemius Episcopus, vocari eum hæreticum, & indignum, qui Christianis imperaret: Ariadna verò & Senatores vt tractum cognunt, quâ Chalcedo- nensis Synodi decreta determinandi fidei inserta comprobaret, quod illi fecit. Manichæi & Ariani latabantur propter inaugura- tionem Imperij Anastasii: Manichæi, quod mater illius zelo ac studio ipsorum prædita erat; Ariani verò, quod Clearchum archie- piscopum Anastasii consentientem haberent. hæc Theodorus. Quæ præterea verba transacta fuerint inter Anastasium & ipsum Euphemium Episcopum Constantinopolis, Suidas sic nar- rat: Hic sub Euphemio Patriarcha Constantinopolitana, cathedrâ paratâ, cum quibusdam ceteris agitabat. Verum Euphemius mini- tabatur, & ei dicit: Vt, aut si frequentaret Ecclesiam, cum ea confes- siones, aut nequaquam eam ad prouertendos simplices ingredi- retur: Sin sechi (inquit) feceris, reserâ tuâ comâ, te in triumpho ducam cum populo. Ex eo tempore quiescit, se illius gloria omnia retinere. hæc cum dixit Euphemius, planè exauhoratio- nem & comminatus est: Aliquid idem erat recidere Im- peratoris comam, quod in ordinem monachorum redi- gere ad penitentiam, vt de pluribus factum legitur. Vi- disti, quantâ sibi auctoritate sacerdotij sumat Euphemius, vt abrogationem Imperij magnâ animi celsitudine intre- pidus publicè comminatus fuerit Imperatori: Quod ti- mens ille, ab hæreticorum cœtu ad tempus saltem absces- sit, simulans se esse Catholicum.

Antequam verò ista de perfidia detecta, & contradi- ctione ab Euphemio Anastasio exhibita innotescerët Ro- mano Pontifici, de creatione eius summa celeritate nun- cio Romam allato, gausus quidem est Romanus Pontifex Felix: qui enim expertus esset, quâto discrimine sub Ze- none in Oriente fides Catholica laborasset; existimans ad- uenisse diem, quo priora illa infelicissima tempora, qui- bus sola hæresis triumpharet, penitus declinerent, & fides oppressa confurgeret, gratulatoriâ statim ad Anastasium Augustum dedit epistolam, vt benignitate eum allicere

VI. Euagr. li. 1. c. 29.

ANASTASII EX SILENTIARIIS IMP.

Procop. de bel. Pers. lib. 2.

VII. EUPHEMIUS PROPHETIAM AB ANASTASIO IMP.

Theod. Lect. Col. lib. 2.

VIII. FELIX PP. SCRIPSIT AD ANASTASIVM IMP.

& eius capere animum fellinare, & sic hereticos anteuertere in hoc ipsum solitos omnem impedere diligentiam, vt recens creatum Imperatorem in suas partes mille comparatis vndiq; artibus veluti captiuum adducerent. Scripsit igitur Felix Papa ad Anastasium literas gratulatorias, quarum Gelasius Romanus Pontifex eius successore his verbis meminit in Commonitorio ad Faustum: Prædecessor meus non solum minime eius nomen attigit, verum in super quando principia adeptus regni potestatis exercuit, in eiu se scripsit Imperij promotione gaudere. hæc Gelasius.

IX.

ANASTASIVS OPTIMI PRINCIPIS IMPERII EDIDIT.

Quod enim ante Imperium Anastasius haud adeo illustis persona esset, qui nec adhuc inter Senatores militare meruerat, haud mirum videri debet, si qualis re verâ esset, hereticus, Romæ minime innotuisset. Verum tñ quis rumusculus de hæresi diffamatus fuisset, oblatâ ab eo fidei Catholicæ confessione Euphemio, penitus euaneuit. Cæterum nec leuis suffusus in populo aduersus eum potuit diffamari, cum ab omnibus vir sanctissimus haberetur, prout populi acclamationes declarant, quas recitari sumus. Hæc igitur in his, quæ spectant ad Catholicam fidem, fuerunt primordia Anastasij Imperatoris, cum se per reatæ fidei professionem ab omni suspitione hæresis liberauit.

X.

Quod autem ad politicum statum pertinet, magnâ quidem de se expectationem concitauit, fore optimum Principem, qui omnes prædecessores facile superaret. talia quidem ab eo præstari debere, concitata de ipso expectatio extorquebat: nam in pristino statu humili collocatus, specimen viri sanctissimi in omnibus ferè vitæ actibus ediderat. vnde hæc ex parte in his, quæ foris apparebant, Ariadna Augusta excusationem meruisset, immo & laudem haud mediocrem cõsecuta esset: vt potè quæ obtulisset, ne regnare impurissimus Lõginus frater Zenonis Imperatoris, euexisset quæ in Imperatore virum optimis moribus ad eõ comparatus, vt eo nomine celebris, licet militie ordine infans, haberetur, vñ in his egegiu factum S. Pulcheriæ imitata, cum posthabitis illa reliquis, Marcianum vñ rectissimum in Imperij regimen d'vino consilio promouisset.

XI.

Cum verò reces electus Imperator, ex more, munera Circensia populo exhiberet, qualis de eo hætenus viguisset in populo fama, quæve opinio parta, spes concepta, & expectatio auacta, ac ipse quæ eius temporis scriptis Cedrenus asserit, verbis ex publicis Actis proditis: Cum autem Anastasium, habitu sumpto Imperatorio, in Circo sederet: omnis populus vno ore directe in clamauit: Sicut vixisti, ita etiam impera, domine. Quippe qñ ante galli cantum templum adire solebat; ibiq; dum concio dimitteretur, stabat Deum precans: frequenter ieiunabat; & sua pauperibus & mendicis erogabat. At ne putes adulatorias has fuisse populi voces, a. li. quid Gelasius Papa hæc in literis ad eum datis: Non me inquit latet, Imperator, quod tu pietatis studium fueris in prima vita: opãsti semper fieri participes promissionis aeternæ, &c. hæc de pristina eius vitæ inscriptis, quibus magnâ hominum admiratione diutius affucisset: Ijs vt respondere reliqui vitæ actus, cuius moderandas sũcepit habenas Imperij, illa statuit, quæ idem Cedrenus subdit his verbis: Belatores funditus ex vrbis iicis: aboleuit etiam tributum, quod Chrysargyrum dicebatur, Auro argentum aliis. Id est: Quisquis mendicus, quævis meretrix, quævis repudata, quævis seruus, quævis libertus apario aliquid impendebat, atque etiam de mulo, de fimo, de iumentis, de canibus in vrbe vel rure degentibus, homo siue mas esset, siue femina, annum argenteum pendebat, tantumdem equus, bos, mulus, asinus, aut etiam canis oculos sex: & erat tum in agris, tum in vrbibus magnus euilatus, cum id tributum absq; ulla misericordie exigere.

XII.

CHRYSARGYRUM ADEMPTUM.

Itaq; Imperator, cum ea de re legatos ad eum misissent monachi Hierosolymitani, & Timotheus Gazæus vir sapientissimus traque dãm de ea sũxisset, excidit ista: atq; eo sanè tempore illustrem suam fecit liberalitatem, quodd tributum illud quadriennale, quod magnâ cuius omnium pernicie ingentem talentorum: corradebat numerum, & Chrysargyrum appellabatur, sustulit, tabulasq; eius tributi descriptionem continentes in Circo coram populo omnes cremavit. Ad Reipublicam quidem ille tantâ magnificentiâ emenda-

bat. eadem Theodorus Lector de Chrysargyro sublati qui & alia ab eo tunc re & in stituta recenser, vbi ait: Anastasius Chrysargyrum remisit, & venationes sustulit, & magistratus, qui venales fuerant, gratis contulit. hæc ipse. At quis talin tantaq; videns & audiens, summam eleuandæ Reipublice spem de ipso recens creato Imperatore non conceperit?

Sed quod omne, quod non ex animo, sed ex ambitu partum est, quod firmas non habet in virtute radices, & in charitate Dei minime fundatum est, diutius consistere haud valet, secundum illud Sapientis: Planta adulterina non dabit altis radices, ad momentum ferme ista sunt visa, & statim ab inuentum oculis euauere: ac planè accigit sperinde atque cum radice non euulsa, si stipes præcidatur arbutifualæ, multiplicatis feribus erumpant hinc inde maiori virore germina & coalescant: ita planè Anastasio accidit, cum post firmatum iam & stabilitum Imperium, post ex cium Chrysargyrum, eius cupiditas in radice latens rursus pullulauit in diuores exactiones & publica furta. Nam accipere, quid de ipso Suidas enarret: Anastasius Romanorum Imperator mutatus in deterior, vniuersum Imperium aristocratam in se fecit, magistratibus omnibus vendendum, delinquentibus ignoscendum, inexplentibus pecunia auiditate incensum, vnde factum, vt pronitiæ militariibus catalogis exhaustis pronitiæ rebu infestis & peregrinis percellerent. Sicq; enim armis infestis barbaros propulsabat, sed pecuniâ subinde pacem redimebat. Ad hæc in bona defunctorum inquirebat, & communem omnibus paupertatem donabat. Quorum enim ipse rem familiarem auferbat, ijs paulo post pietatis nomine distribuabat, & quarum vrbium incolæ nudabat, earum adificia renouabat, & patriam studiosè exornare, tribusq; coronis circumdare. Sic hoc te byca vrbes grauitur sunt assistita ab ijs, qui Lazici dicebantur: præferat enim hu nepotem ex filia Marinum, hominem adulescentem, leuissimog, præditum ingenio, rursus post illum, Basilionem filium: vt vero suis factis quous modo superioris Prætoris interperis superatis, efficit, vt priorem statum despicerent, quamuis neces & ademptas sibi opes recordarentur. hæc Suidas. Porro ad extremam Orientalis Imperij cladem & Catholicæ fidei desolationem talem hominem in Imperatore ab inopia Ariadna esse promotum, exitus patrefecit.

Quid autem infantium hoc anno acciderit, cum idem Anastasius creatus est Imperator, Marcellinus sub anni huius Consulatu ita ait: Bellum plebeium inter Byzantios etiam, pariq; vrbis plurima atq; Circi igne combusta. hæc ipse: sed quous rei gratiã eiusmodi ciuile bellum constat fuisse, nusquam mentio: putantur quidem illi, qui Zenoni eiusq; germano studuissent, agro animo ferentes, illo posthabito, huic medio cric conditionis homini Romanum Imperium esse decretum, eiusmodi ciuiliu conflictationum auctores fuisse. Confundunt nõnulli præsens incendium cum eo, quod Zenone superstitie contigisse diximus, cum bibliotheca regia conflauerit. Potrò tunc accidisse creditur, quod Procopius tradit, incensum esse nobilissimum omnium templum, Sophiam dictum, ait enim: Piles quidam & vulgi sex olim templum Christianorum concremare ausi sunt, templum, inquam, quod Byzantini Sophiam vocant, opporino in primis nomine excogitato. Permissit Deus impium fieri opus, præuidens nimirum in quantam olim elegantiam templum restitui deberet. Etenim totum templum in cineres redactum iustissimè (quæquam multò post) ita reparauit, & excoluit, vt quisquis de priori templo audierit, it monstrata præsens venustate, optare possit illud iam dudus perisse. hæc Procopius, qui item addit de augustissima domo hospitali S. Sampsonis exulta. His planè funestis exordijs Anastasius est Imperium auspiciatus, quibus faciem ipsum ferre ad Ecclesiâ Catholicam inflammandam videri poterat præsignatum. Reliqua de iplo inferius annis singulis referemus.

At vice versa hoc item anno accidit, vt cum Anastasius Silentarius esse desiens, creuerit in Imperatorem; Dicit consilij vir sanctissimus Ioannes ex Antilibre Coloniz in Armenia euasert Silentarius, cum videlicet scdi nunciu pemitteus, profectus ad loca sancta, subiciens se discipulnæ magni Sabæ, mutatus in monachum, ob in cõparabilem silentij obferuantiam, Silentarius fuit cognominatus. historia quidem scitu digna & Annalibus Ecclesiasticis

C. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

S. VII. B.

a Cedren. in Compend. PRIOR VI TA ANASTASII QVAM LAYDABILIS. b Gelas. E. p. 110.

deiciat:

XIII. AUSTRIUM IN ROMAM VYAL. 441.

XIV. BYZANTIOS ET CIRCI IGNIBUS COMBUSTA.

XV.

licita congrua, cum praeteritum a Cyrillo monacho discipulo admirandi illius Euthymij, qui his vivebat temporibus, scripta fuerit. Licet ab illo quae inuidia dicere, me neminem reperisse post sanctos Athanasium atque Hieronymum, qui maiori fide scriptis sanctissimorum virorum res gestas, digerens eas, atque distinguens accuratè per tempora, ac ipse Cyrillus, dum quae ipse vidit, vel sanctorum omni probitate praestantium virorum relatione didicit, ab illo leui suspitione mēdaci, sinceram veritatem veluti sacrosanctum depositum postteris tradidit, nempe Acta Euthymij, itemque Sabae, & Ioannis Silentij, de quo est sermo. sed & eundem auctoris creditur esse Vitae Theodosij Constantinensis, necnon Quiriaci anachoretæ, qui ipsidem temporibus claruere viri sanctissimi; sed quod illa careant auctoris inscriptione. ferunt nomine eius, qui postremò edidit Metaphrastes; cum tamen ipse ex antiquis scriptis tantum exscripserit.

XVI. Sed quod spectat ad Ioannis aduentum in Palaestinam: erat quidem in Orientali Ecclesia florentissima fama sancti Sabae Abbatis in Palaestina degentis, utpote viri ob egregias virtutes Deo acceptissimi: ad eum tamen ex alijs Orientis partibus, tum ex Armenia ad ipsum conuolarent, qui excultioris monachice obseruationis cupidissimi: nam haec de ipso in primis idem Cyrillus: Tunc quidem (inquit) agebat Sabas quinqueagesimum tertium annum suae aetatis, quo tempore Anastasius quidem tenebat sedem Imperatoriam, cum è viginti iam excessisset Zeno. Eodem autem anno ad Lauram accedit vir quidam diuinus, quem dona decorabant spiritualia, genere Armenius, nomine Hieronimus: quem duo quoque, sequabantur discipuli, qui vocabantur Petrus & Paulus, qui cognoscebantur eam vitam aperite referre & exprimere. & paulò post: Cum itaque Hieronimus, & qui cum ipso erant, ita uenissent ad Lauram, diuinus uisus, Episcopus & Solentarius Ioannes eorum religiose sequens, eodem accedit iam agens trigessimum octauum annum aetatis, &c. his ducibus Armenios plurimos in Lauram confluxisse tradit. Porò quomodo diuino monitu tantis Antistes tum generis claritudine, tum egregijs virtutibus exornatus, missam faciens sedem, incognitus sub Sabae disciplina proficere cepit, ex ipso Cyrillo rem gestam audire pergratum erit. post enim enarrata gloriola Ioannis primordia, & functionem muneris Episcopatus, haec subiicit:

XVII. Cùm hic ergo diuinus Ioannes transgressus iam decem annos in Episcopatu, accidit, ut maritus sororis eius, qui vocabatur Paphnigius, Armeniorum haberet administrationem: qui in iusticiam fatanico caput damno afficere & conturbare eam, quae illi credita fuerat, Ecclesiam: his quidem, quae eam administrabant, non permittere, ut Ecclesiasticarum rerum curam gererent: eos autem, qui intra eam fines consuegebant, vi anellens, & in asylis solentis ac violans. Qui cùm sepe rogaretur à Desiderio, euadebat deterror, Mariam eius sorore iam mortuam. Cùm autem ex eo vir iustus in gratissimam incidisset afflictionem, cogitur venire Constantinopolim. Cùm uero illic fuisset, & quae erant eum Ecclesiae uisita, pergressus circa finem Imperij Zenonis, Euphemio Episcopo Constantinopolitano pro se decertante, Deo gratum iuxta consilium, nempe ut in sanctam fecerat ciuitatem, & per se quiescat ab omnibus huius uitae negotijs. Cùm autem dimisisset eos, qui cum eo erant, presbyteros ac clericos, ac diuino iussu peractis, & omnibus necessitatibus suis nauem conscendisset, uenit Hierosolymam, & manet in primo sanctae ciuitatis Gerocomio, in quo Gerocomio est oratorium sancti martyris Georgij.

XVIII. Cùm autem illic fuisset, & mundanam illi turbam aspexisset, magno animi dolore affectus, Deum rogauit cum seclibrym, ut duceretur in locum sibi gratum & quietum & aptum ad salutem consequendam. Postquam autem in dicto Gerocomio mansit uenerandus Pater noster Ioannes, in fundendo uodiu ad Deum precibus per se iam longo tempore, cum una nocte ex omnibus solus Gerocomij implacitum calum aspexisset, afficte repente stellam lucis, quae habebat figuram Crucis, & ad ipsum ueniebat: & audiuit uocem ex illa lucis dicentem: Si uis esse saluum sequere hanc lucem. Cùm autem eam credidisset: protinus egressus, & illam lucem secutus, uenit in maximam Lauram S. Patris nostri Sabae, cùm eo tempore esset Hierosolymitana Ecclesia Pontifex Sallustius, quatuordecim à institutione, trigessimò octauo aetatis suae anno: Quo quidem tempore à Deo constructa maxima Laurae Ecclesia celebrata sunt eiconia, seu

dedicatio: Anastasius autem, mortuo Zenone, susceperat Imperium, ut cum audis suam linguam loquentem. haec de progressu Ioannis Colonienensis in Armenia Episcopi in Lauram Cyrillus, signans hunc ipsum annum etiam ex Indictione, quo nimirum decima quarta abfoluta, decima quinta mēse Septembris inchoatur: ut uideas omnia quam exactissime reddita temporis. Porò uoluit Deus, tanto signo caelitus missio, fieri manifestum, haud ignauia adscribendum S. Ioanni, si Ecclesiam in persecutione reliquit. Verum & exitus declarauit, ex fructibus nempe productis, Dei uoluntatem fuisse, ut nobilis Ecclesiae pastor pascendus ex Armenia transferretur in Palaestinam, illic ubi fructum redditurus tempore suo, ut eius uita Acta declarant, necnon Sabae, quae quis otiosus magnam animi delectatione legere poterit.

XIX. Quo autem statu res Italiae, confligentibus simul duobus barbaris Regibus, fuerint, Cassiodorus his paucis declarat: Hoc Consule (nempe Olybrio) Odoacer cum Erulo egressus Rauenam nocturnis horis ad pontem Candidum à domino nostro Rege Theodorico memorabilis certamine superatus. Tunc etiam Vandali, pace suppliciter postulatam, à Sicilia Sicilia depraedatione cessarunt, hinc ipse. Porò adhuc biennio Odoacer Rauenam se muniens restitit Theodosico, qui interea tota est potius Italia.

XX. Sub huius anni Consulatu à Mariano Scoto eius gentili (nam Hibernia Scotia dicta reperitur) obitus recensetur S. Patricij Hiberniae primi Episcopi, ait enim: Sub Olybrio Consule Sanctus Patricius Hiberniae Archiepiscopus obiit, cum esset annorum nonaginta duorum. Qui cùm esset annorum sexdecim, uenditus est, sex annis uixit in seruitute in Romano partibus, sexaginta annis in Hibernia praedicauit. uerum ex recensitis annis deducto numero, non nisi octoginta duos eius reperitur aetatis. sed alia est apud Probanum, qui Vitam eius scripsit, supputatio annorum S. Patricij: qui eum centum atque triginta duobus annis uixisse tradit, ad hanc planè aetatem eum peruenisse oportuit, si ueritas est. Triginta namque extitit discipulus sancti Marini. At qui uicinis praedicatione post obitum magis illas regiones miraculis illustrauit.

IESU CHRISTI ANNUM 491.

GELASII PAP. ANASTASII IMP. I. ANNUM 1. ODOACR. REG. 17.

CHRISTI Redemptoris nostri anno quadringentesimo nonagesimo secundo, Consulibus Anastasio Augusto atque Rufino, quinto Kalendas Martias moritur Felix Papa, cum sedisset annos nouem, minus diebus duodecim, summum autem Pontificia administratione perfectus; receptusque sum beatus in caelis, in terra etiam uenerandus in perpetuum anniversario cultu remanet ipsa die natalis sui. In Martyrologio enim Romano, explorata deprauidata lectione, qua legebat Felix Quartus pro Tertio, haec legitur dicta die uiginti quinta Februarij: Rome natalis sancti Felicis Pape Tertij, qui sancti Gregorij Pape atatus fuit, de quo uis referat quod sancta Tarfilla nupti apparuit, illam ad caelestia regna uocauit. uerum quod atatus Gregorij fuerit Felix Tertius, & non Quartus, ut Ioannes Diaconus existimauit, tum ratio temporis persuadet, tum etiam patris affirmare cogit: siquidem ille Samnita, hic uero Romanus sicut & Gregorius fuit. Sed de his pluribus in Notis egimus. Porò historiam de Tarfilla atque Felice idem Gregorius publico concionis praeconio exulgauit, itemque dialogorum commentarijs eip profectus, his scilicet uerbis post centum ferme annos:

Tres pater meus sorores habuit, quae cunctae tres sacrae uirgines fuerunt, quarum una Tarfilla, alia Gordiana, alia Aemiliana dicebatur: Vno omnes ardore conuersae, uno eodemque tempore sacrate, sub distributione regulari degentes, in domo propria socialiter vitam ducebant. Cumque essent diuini in eadem conuersatione

CHRISTUS
ET ACCUR
BATE
A. C. R. T.
STOR. R.
XV. 43
MONA
CHORVM

DE IOAN
NE SILEN
TIARIO
EX EPI
SCOPU
MONA
CHO.

XVII.
COLONI
ENSIS
ECLIA
AFFLI
CTATA.

XVIII.
QVO SI
GNO IO
ANNIS
IN SOLI
TYDINE
DVCTVS.

XIX.

XX.
OBITU S.
PATRICI
LXXXII.

FELICIS
PAPA
RIEVS.

Marty
rolog. Rom.
lit. 23. Fe
bruar.

Greg bo
mil. in Eu
ang. 18. &
dialog. lib.
4. c. 16.

DE TAR
FILLIA
GORDIA
NA ET A
EMILIA
NA.

